

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. XLVIII. TIT. XIII. Ad L. Jul. Peculatus, Et De Sacrilegiis, Et De Residuis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9050

Laut. pag. **A**FFIRMATUR; quia præcise requiritur, ut dolo malo falso fiat,
700. verb. *L. 1. pr. L. 2. ff. L. 30. C. h.* Unde ignoscitur ei, qui per errorem
&c. dolus falso instrumentum protulit, *L. 3. h.* uti si in haereditate illud inveni-
malus &c. rit, *L. 1. §. 12. eod.*

Atque hic error præsumitur, *d. l. 31. h. ibi*; *quod plerunque evenit.*
 Unde iudex, qui in protocollo errorem committit, non statim tenetur
 falsi; forte enim vel non recte audivit, vel sensum loquentis non re-
 cete assecutus est: juramento igitur se purgare tenetur, non ex Lege
 Cornelia puniri. Dolus enim manifestissime probandus est, *L. 6. C.*
de Dol. mal. L. 19. §. 1. de Prob.

LIB. XLVIII. TIT. XIII.

AD L. JUL. PECULATUS, ET
DE SACRILEGIIS, ET DE RESIDUIS.

Qv. I. *An crimen peculatus obtineat in rebus mobilibus ipsius
reipublicae, an etiam in rebus civitatum?*

Laut. pag. **A**FFIRMATUR, *L. 4. in f. h. ibi*; *si de recitatis aliquid subripiatur
703. verb.* *&c. peculatus crimen committi, & hoc jure utimur.*
*quod Tra-
janum.*

OBST. *L. 81. de Furt. ubi directo contrarium dicitur, scil. subri-
pientem non ex crimine peculatus, sed actione furti teneri.*

RESP. Initio Lex Julia tantum de re reipublicæ disponebat, & de
eo tempore loquitur Papinianus d. l. 81. Sed postea Hadrianus ex-
tendit illud crimen etiam ad res civitatis, d. l. 4. in f. h.

Qv. II. *An sacrilegium committatur, si pecunia privata surri-
pitur ex loco sacro?*

Laut. pag. **A**FFIRMATUR, *L. 16. §. 4. de Pœn. ibi*: *locus facit, ut idem vel
703. verb.* *furtum, vel sacrilegium sit,*
non etiam.

OBST. *L. 5. h. t. ubi res privatorum depositæ in loco sacro, & sur-
reptæ non vindicantur tanquam sacrilegium, sed tanquam furtum.*

RERP. Exceptionem hic esse in rebus depositis, nam cum in his
*ecclesia nullum jus habeat, & ecclesia nihil auferatur, non potest sacri-
legium dici. Vid. Cuj. 13. O. 19.*

Qv. III. *Quaenam sit pœna residui?*

Laut. pag. **R**ESP. Jure civili est pœna infamie. *L. 7. de Publ. jud. & tertia
704. verb.* *pœna hu-
jus &c.* pars ejus pecunia fisco debetur, *L. 4. §. 5. h.*

Hodie gravior obtinet. In Marchia an. 1683. d. 22. Jan. Edi-
*cto publico cautum est, ut si infra 50, thaleros residua sunt, ultra
fim-*



simplum restituat duplum intra sex septimanas, a tempore, quo convictus est, aut relegateur ad sex annos: si partem restituit, pro rata imminuitur tempus poenæ.

Si ultra 50. usque ad 100. residua sint, facta restitutione tripli, ut dictum, ad operas publicas per tres annos condemnatur; Si ultra 200. non facta restitutione tripli, ut ante, poena gladii. In Saxonia, si summa 100. florenorum dolo subtraxit, suspendio punitur, *Const. Elekt. P. 4. c. 41. Carpz. P. 2. q. 85. per tot. nisi surreptam restituat. Vid. Dn. Berg. Resol. Leg. h. pag 731. Add. Phil. Uf. Pr. Inst. L. 4. Ecl. 96. n. 7.*

LIB. XLVIII. TIT. XVI.

AD SCTUM TURPILIANUM, ET DE ABOLITIONE CRIMINUM.

Qv. I. *An transigens de crimine incidat in SCtum Turpilianum?*

NEGATUR. *Vid. supr. L. 2. tit. 15. qu. 8.*

Qv. II. *Quomodo differant aggratiatio seu abolitio Principis, & restitutio reorum ex gratia?*

R ESP. *Abolitio* dicitur, cum ipsum crimen ante sententiam vel confessionem aboleatur, *Laut. pag. tot. tit. C. de Abol. gener. Restitutio gratiae 70^o. verb. vero sit, si quis sententiam passus, vel confessione propria convictus fuit, *aggratiatio tot. tit. ff. & C. de Sentent. pass. & restitutis. Illa* totum tollit processum, *tio. &c. poena omnis remittitur, ac mutatio status impeditur, (nisi tertio interim jus quaesitum sit, quod Princeps abolitione sua auferre nequit. *Vid. infr. L. 48. tit. 23. qu. 1.*) Haec non rescindit actus præteritos, sed valet tantum a tempore restitutionis, & effectum saltem habet ratione futuri, d. qu. 1. Illa omnia in eodem statu relinquunt, ac nihil mutat; *Haec nova est gratia, unde, si in Collegio fuit, & restituitur, ultimum locum occupat &c. d. q. 1.***

LIB. XLVIII. TIT. XVII.

DE REQUIRENDIS VEL AB- SENTIBUS DAMNANDIS.

Qv. I. *An & quomodo contra reos absentes procedi possit?*

V id. supr. tit. de Accus. qu. 4. & s. & tit. Ad. L. Jul. de adult. qu. 10. De

